Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ofiudaris & ne accipias peccatum nam ut delinquas
Delegit altissimus & testamento. de iudicio iustificare impium. Deuerbo sacerdotum et viatorum et
de datione hereditatis amicorum. De equalitate statere et ponderum. de de acquisitione multorum
& paucorum. De corruptione emptionis & negotiatorum & de multi disciplina filiorum. & seruo pessimo
latis sanguinare. Sup mulierem nequam lo
num est signum. Vbi manus multe se elauscet
et quodcumque trades munera & appende datis
vero et acceptum omne describet. De disciplina insensati & fatui. & de senioribus qui iudicantur
ab adolescentibus & eris eruditus moribus & pro
babilis in conspectu omnium virorum. Filia pater
abscondita est vigilia. & solicitudo eius auferet
somnum. ne forte in adolescentia sua adulte
ra efficiatur. & cum uiro commorata odibilis fi
at. ne ne quando polluatur uirginitate sua
et in patermis suis grauida inueniatur. ne for
te cum viro commorata transgrediatur aut sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam confir
ma custodiam. ne quando faciat te in obprobri
um uenire inimicis. adtractione in ciuitate
& abiectione plebis. et confundat te in multitudi
ne populi. Omni homini noli intendere in spe
cie & in medio mulierum noli commorari. De
uestimentis enim procedit tinea. et a mulierem i
quitas viri. Melior est iniquitas uiri quam
mulier benefaciens et mulier confundens in
obprobrium. Memor ero igitur operum dni.
et que vidi annunciabo in sermonibus domini o
pera eius. Sol illuminans per omnia respexit
& gloria dni plenum est opus. Nonne domi
nus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia
sua. que confirmabit dns omnipotens stabilis in
gloria sua. Abyssum cor hominum inuestigabit
et in astucia eorum excogitabit. Cognouit enim
dominus omnem sapienciam. et inspexit insig
num eius annuncians que preterierunt. et que
super ventura sunt reuelans vestigia occulto
rum. & non preteriit illum omnis cogitatus & nō
abscondit se ab eo vllus sermo. Magnalia sapien
cie sue decorauit que est ante seculum & usque in
seculum. neque additum est. neque minuitur. et nō
eget aliquis consilio. Quam desiderabilia sunt
omnia opera eius. & tamquam scintillam que est
considerare. Omnia hec viuunt & manent in sec
culum et omni necessitate omnia obaudiunt
ei. Omnia duplicia vnum contra vnum & non fe
cit quicquam deesse. Vnius cuiusque firmabit do
na. Et quis satiabitur videns gloriam eius. et quis
sciens confirmabit fortitudinem eius. XLIII.
Altitudinis firmamentum pulchritudo eius
species celi in visione glorie. Sol aspec
tu adnuncians mane cum vas admirabile opus
excelsi. In meridiano exurit terram & in conspec
tu ardoris eius quis poterit sustinere. Fornace cu
stodiens in operibus ardoris. Triplicater sol ex
urens montes. radios igneos exsufflans & reful
gens radiis suis obcecat oculos. Magnus dns qui
fecit illum & in sermonibus suis eius festinauit
iter. Et luna in omnibus in tempore suo osten
sio temporis et signum eius. Luna signum diei
festi. festi luminare quod mi
nuitur in consummacone. Men
sis secundum nomen eius est. crescens admirabi
lis in consummacōnem. Vas castrorum in excelsis
firmamento celi resplendens gloriosum. Species
celi gloria stellarum mundum illuminans in ex
celsis dns. In uerbis sanctis stabunt ad iudicium
et non deficient in vigiliis suis. Vide arcum et
benedic illum qui fecit illum. Valde speciosus in
splendore suo. gyrauit celum in circuitu gloriae
sue. Manus excelsi aperuerunt eum. Im
perio suo accelerauit nubem & accelerant cur
rus cationes emittere iudicii sui. Propterea aper
ti sunt thesauri & euolauerunt nebule sicut a
ues. In magnitudine sua posuit nubes et con
fracti sunt lapides grandines. In conspectu eius
commouebuntur montes & in uoluntate eius